



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**


**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

28. Octobris. 5. Cal. Novemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

342 ANNI CISTERCIENS.

rabor? Sit procul à nobis semper ista communicatio Fratres mei. Mibi omnino adherere tibi bonum est, ó caput gloriosum, & benedictum in secula in quod & Angeli prospicere concupiscunt. Sequar te, quocunq; ieris.



28. Octobris. 5. Cal. Novemb.

Floruit  
circa  
annum  
1500.

B. BRIOLAYA Eboracensis Monasterii in Lusitania Monialis vere pia: quæ nuptias à parentibus oblatas fastidians soli Christo unice adhæsisti. Cujus imaginem ad pectus gestans, omnem aliam de rebus transitoris cogitationem è memoria exclusisti. Cælesti lumine donata in manibus Sacerdotis dilectum animæ sponsum non sub panis nube latentem, sed modò blandientis puelli, modò spinis cruenti specie intuebaris. Aliàs cælestium geniorum catervas, aut clariorem sole splendorem circa sacrificantem spectabas. Tot cæli favores sub custodia humilitatis tam cautè occultabas, ut non nisi coacta illos manifestares. Scio, & mihi insipidas fore, quas tam stultè amo, res terrenas, si cordi meo Christi seu docentis seu patientis imaginem ita impressam gestarem, ut è memoria mea nunquam excideret.

In SS.  
Hostia  
Christi  
presente  
videt.

B. EGBER.

B. EGBERTE, Villariensis Monasterii Converse, cujus maximæ erant deliciae, veterum Sanctorum gesta revolvere, & inde velut ex sanctitatis *Patientia* horto flosculos virtutum ad imitationem illius fragrantiam colligere. Arrisit ex *hinc* dohis tibi præ aliis rosa, de cujus spinis *lores* coronam cum ardentissime desideras *probat*. res, materiam ministravit rupta in intestinis vena, largam dolorum messem germinans, quæ Christo Patientiam grata fuit, ut tibi in ultima luctu præsens adesse & triumphum augente Martyrum choro, viam ad cælos præire dignatus fuerit. Salebrosus est, & asper hujus mortalis vitæ cursus: & plane falluntur, qui hæc rosas querunt sine spinis. Utinam ego tecum saperem & Jesum patientem sequerer alacriter, cerid cum ipso in patria coronandus.

S. BERNARDUS, ser. 7. de XL.

Mihi mundus crucifixus est [Gala. 6.] Omnia spernit, cui mundus est crucifixus.  
 Quasi diceret. Omnia, quæ mundus amat, crux mihi sunt; delectatio carnis, honores, divitiæ, vanæ hominum laudes: quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhareo, illa toto amplector affectu.